



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

30. An Pontifex possit dispensare, ut aliquis ante Communionem non  
confiteatur, dummodo eliciat actum contritionis de peccatis mortalibus  
commissis? Et docetur, an præceptum de præmittenda ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

## 318 : Tract. I. de Potestate Pontificis

- nient. & rep̄ij. Quatenus praecipiendo confessio-  
nem annuam praecepit indirecte dolorem ne-  
cessarium, & confessionem cogitationum inter-  
ficiunt.
14. Secundum est, cap. dolentes, de celebr. Missar.  
& Clement. i. endem ritulo, vbi praecepitur clericis  
rectatio Officij attenta, & deuota.
15. Tertium est, cap. commissaria, §. ceterum, de ele-  
ctione in 6. vbi punitur, qui recipit beneficium Pa-  
rochialium, absque intentione fulciri debitum  
Ordinem intra annum, nisi mutuante voluntate  
ordinetur.
16. Quartum est, Clem. i. §. verum, de heret. vbi  
Inquisidores, qui ex odio, vel intentione turpis lu-  
cri, omittunt contra iustitiam, & conscientiam,  
procedere contra aliquem in causa fidei, excom-  
municantur.
17. Quintum est, Clem. i. de statu Monach. §. Quia  
verò nonnulli; vbi Monachus Benedictinus, sive li-  
centia se conferens ad curiam Principis, animo ac-  
culandi Prelatum, excommunicatur, & non sine  
tali intentione.
18. Sextum est, cap. 7. 8. & 17. distinct. 30. vbi ex-  
communicatur, qui ex contemptu, vel interna su-  
perfitione, scismum Ecclesiasticum non feruau-  
erit, aut die Dominicæ ieunauerit, & non alias  
cum tamen contemptus anterior actus sit. Et co-  
dem modo solent iura Canonica excommunicare  
facientes hoc, vel illud scienter, vel auctu temera-  
rio, & cum aliis similibus particulis, significantibus  
modos merè actuum externorum, qui  
nec sunt per se connexi cum illis, nec per illos  
manifestantur, & nihilominus censura incurritur  
cum illo modo, & non sine illo, vt est communis  
doctrina: ergo.
19. Ultimo probari potest hac sententia, quia Pon-  
tifices praecepere potest Sacerdoti, non solum, vt fa-  
ciat Sacrificium, sed etiam, vt illud applicet pro tali  
defuncto, quæ tamen applicatio interna non est ne-  
cessaria ad esse morale dicti actus externi, nempe  
Sacrificij: ergo.
20. Imò plus aliqui addunt, posse videlicet Pon-  
tificem obligari ad omnes omnino actus internos.  
Videtur hoc potestas a Christo concessa Ecclesiae  
illis verbis, Matthæi 18. *Quicumque alligueritis  
super terram, erunt ligata & in celo;* quæ cum  
amplissima sint, & absque villa restrictione, exten-  
di etiam debent ad actus internos: quia cum sint  
favorabilia, debent amplè explicari iuxta regu-  
lam 15. iuris, *Odia restringi, fauores conseruare am-  
pliari.* Et expediens fuit, vt hæc potestas commu-  
nicaretur Vicario Christi, tum ad maiorem direc-  
tionem fideliū, in ordine ad exterum salutem  
consequendam: tum ad maiorem obseruantiam  
legis diuinæ, quæ per actus internos efficacius vir-  
getur, ac promovetur: siue ob eandem causam  
expediens fuit, vt illi communiqueretur potestas, in-  
terna vota fidelium irritandi. Et idem hanc senten-  
tiā tenet glossa.
21. Quid ego sentiam, dicam breuiter, Prima sen-  
tentia negativa superioris posita, est satis probabi-  
lis Secunda affirmativa, est probabilior, & secundum  
ipsam dicendum Pontificem potuisse, & pos-  
se punire censuram annuam confessionem sacrilegam,  
ex defectu doloris; vnde si Pontifex ferret excom-  
municationem contra eos, qui in Paschate non  
confitentur, vt nequeant sacramentaliter validè ab-  
solui, quantumvis hoc fiat defectu solius doloris  
interni, incurrerent in censuram: quia ipsi verè  
omittunt aliquem actum externum à Papa validè  
sub ea pena præceptum. Primo, quia omittunt  
ipsam susceptionem Sacramenti. Secundo, quia vel
- Quoad hoc  
lege suprà.  
Inferunt, hu-  
ijs Refol. &  
alios §§. eius  
annot.*

non confitentur integrè, si non dicant se confiteri  
sine sufficiente dolore: nam in hoc grauiter pec-  
cant. Vel si hunc defectum etiam fateantur, tunc  
manifestè omittunt facere talēm etiam extēnam  
confessionē, qua ad absolutionem sufficiat,  
cum tamen iuste sub ea pena præceptum sit,  
& integrè confiteri, & tali modo, ut confessio  
possit iudicari idonea ad absolutionem impen-  
dendam. Et ita prater citatos Doctores tenet Prä-  
positus in 3. part. quæst. 3. de Confess. dub. 9. num. 55.  
& Amicus in cursu Theolog. tom. 8. diff. 18. fel. 8.  
per totam.

### R E S O L . XXX.

*An Pontifex possit dispensare, vt aliquis ante  
communicationem non confiteatur, dummodo elicit  
actum contritionis de peccatis mortalibus com-  
missis.*

*Et docetur, an præceptum de præmittenda confessione  
ante Eucharistiam sit a Christo Domino institu-  
tum, vel sit diuinum positum, aut Ecclesiasticum.  
Ex part. 8. tr. 1. Ref. 51.*

- §. 1. **V**identur affirmatiū respondendum, quia  
præceptum de præmittenda confes-  
sione ante sumptionem Eucharistie, non est di-  
uinum naturale ortum ex natura ipsa Eucha-  
ristie, & confessionis sacramentalis, quam ha-  
bent ex institutione diuina, absque alia super-  
addita insinuatione diuina, quia Christus potuit  
utrumque dictum Sacramentum, substantia virtus  
que integrè permanente, inservire absque obli-  
gatione confidendi ante sumptionem Eucha-  
ristie.
2. Neque est diuinum positum, sed Ecclesiasticum,  
& ita tener Palat. in 4. dist. 9. quæst. 10. Medina  
*Cod. de confess. quæst. 17. Annilla verb. Communio,*  
& Nauatus in init. de Panis. distinct. 5. in 3. part.  
*gloss. num. 31. & 32. docent dictum præceptum esse*  
tantum Ecclesiasticum. **P**rimo, quia præceptum  
hoc continetur in illis verbis: *Probet autem se ipsum homo.* Hæc autem verba sunt Pauli, non Domini.  
**S**econdo, quia Tridentinum cap. 7. præceptum hoc  
appellat Pauli, non Domini, quia post mentionem  
Apostoli, ait, quare reuocandum est in memori-  
am eius præceptum. Vbi relatum, *etiam*, ad  
Apostolum, non ad Dominum refertur, tum quia,  
quoniam ante facta fuerit mentio Apostoli & Do-  
mini, tamen in verbis propriis ipsius Tridentini  
non fuit facta mentio Domini, sed Apostoli; Do-  
mini autem tantum facta fuit mentio in verbis  
Pauli relatius a Tridentino, nempe: *Non diuidicamus*  
*corpus Domini*, imò relatis ante mentionem Apo-  
stoli: tum etiam, quia postquam Tridentinum dixit:  
Reuocandum est in memoriam eius præceptum;  
illud statim, & immēdiatè assignat, referens verba  
illa Pauli: *Probet se ipsum homo*, in quibus præ-  
ceptum continetur; ait enim Tridentinum: *Quare*  
reuocandum est in memoriam eius præceptum,  
*Probet se ipsum homo.*
3. Sed contrariam sententiam docet Sotus in 4.  
distinct. 12. quæst. 2. art. 4. Canus relect. de Penitent.  
part. 5. Valenza tom. 4. disputat. 6. quæst. 8. punct. 3.  
Vasquez in 3. part. tom. 3. disputat. 207. cap. 4.  
Suarez tom. 3. quæst. 80. art. 5. disputat. 66. fel. 3.  
& alij assertentes hoc præceptum esse a Christo  
Domino institutum, & Apostolis, ait per eos Ec-  
clesiae traditum. Probatus conclusio ex Paulo 1.  
ad Corinb. 11. vbi addens: *Probet autem se ipsum*  
*homo*, quod Tridentinum intelligit de confessionis  
præcepto.

# In ordine ad Sacraenta. Resol. XXXI. 39

præcepto, premisit: *Ego enim accepi à Domine quod & traaudi vobis.* Ergo sentit esse præceptum Dei, & non suum. Secundo probatur ex traditione Ecclesiæ, que ita hoc semper intellexit, & conservauit, quod conforme est regula tradita ab Augustib.  
lib. de Baptismo, contra Donatistos, c. 24. in principio. Cuius verba sunt: quod vniuersa tenet Ecclesia, neque à Concilii institutum est, sed semper retinuum, non nisi autoritate Apostolica traditum rectissime credimus. Vbi per illa verba traditum Apostolica auctoritate, idem intelligit quod institutum iure diuino, ut patet ex precedentibus illis verbis: *Eisti quisquam in hac re autoritatem diuinam querat;* Præceptum autem de punitienda confessione ante Eucharistiam huiusmodi est, *Territo probatur ex Patribus ita intelligentibus predicationem locum Pauli,* & ex Cypriano lib. 1. Epistola rum, epistol. 2. & Augusti in Psal. 118. Chrysostom. 10. in Genesim. Quartuero probatur, quia ratio ipsa docet, ad necessariam præparationem, ut Sacramentum ita excellens sumatur, necessarium est eum modum, qui ad gratiæ dignitatem adquirendam sit omnium certissimum; hic autem modus est Confessio sacramentalis simul cum dolore, ut si forte dolor de solus non sufficiat ad gratiam obtinendam, cum Sacramento sufficiens sit, quod verò licet homo certus est ex revelatione esse in gratia, deberet post mortale commissum confiteri. Probatur, quia non solum debet confiteri, ut sit in gratia, sed etiam ut sit in gratia convenienter modo Ecclesiæ: Nam sicut ad ingressum Collegij non satias est, aliquem esse dignum, nisi probetur talis dignitas per ministros ipsius Collegij, ita etiam nullus est admittendum ad hanc sacram mensam, nisi dignum est esse constet per ministros Ecclesiæ, qui sum Confessarii: qui quidem nisi premisa confessione penitentis, nequeunt eius dignitatem agnoscere.

4. Dicendum est igitur, quod Ecclesia non constituit hoc præceptum post tempora Apostolorum, ut patet ex Trident. cap. 7. citato, docente, Ecclesiastica confundendam declarare probationem, de qua Apostolus, esse, ut conscius peccati mortalis confessio premittat. Secundo, docente reuocandum in memoriam præceptum ipsius, scilicet Pauli; igitur Ecclesia illud non constituit post tempora Apostolorum.

5. Dicere est ipsius Apostoli. Respondeo, non dic illius, ut condensit legem, sed ut promulgantibus, quod ostendi potest. Primo, non est verius simile, quod Apostolus volueret Corinthis parum spiritualibus tantum onus imponere, si non fuisset à Deo impotens. Secundo, Apostolus nunquam insinuat se illam legem condere, cum tamen communiter id indicet, quando legem condit. Tertiò, quæ de Eucharistia tradit cap. 11. citato, accipit à Domino, ut docet Leo eodem cap. non potest autem solide dici accipere alia, non vero istud.

6. Dicere Ecclesia videtur in hoc præcepto dispensare, quandoquidem in quibusdam casibus licet ei, qui sibi est conscius mortalis peccati, communicare sine prævia confessione. Respondeo, negando affirmatum, & dico, quod licet in quibusdam casibus communicare sine prævia confessione, non proueniens ex dispensatione Ecclesiæ, sed solùm ex declaratione, quod ius diuinum in iis casibus non obligat: potest vera Ecclesia declarare illud in certis casibus non obligare, sicut in quibusdam aliis materiae declarat, & quod Episcopi in quibusdam casibus non teneantur in suis Episcopatus residere. Igitur his stantibus, videatur non posse Pontificem dispense, ut absoluat aliquis in particulari,

sumat Eucharistiam cum solo actu contritionis, sine prævia confessione mortalium.

## R E S O L . XXXI.

An Ponifex possit reservare peccata venia-

tia.

Ex quo etiam inferatur, an Superior possit reservare excommunicationem minorem.

Et deciditur ceteros Superiores, & alios Prelatos inferiores Papâ non posse sibi reservare peccata venia.

Ex part. 8. tr. 1. Ref. 5. 2.

Qnoad pri-

marum diffi-

luius tituli

infra in Ref.

35. 5. 1. Mar-

him in, fin. 3.

& § sed hâc,

& in Ref. 39.

§. Nec obstat

ratio.

Sup. hoc

quod hic ac-

seritur infra

in §. 2. ad

lin. 5. & in §.

Sed , ante

mediū, vers.

Et ratio est,

& in §. vlt.

huius Ref. &

infra in Ref.

35 pertotam

& vt magis

clarificat do-

ctrina huius

quælt. Vide

infra doctrin-

nam Ref. 37.

per totam, &

signanter à

§. Quero

vnde, & Ref.

39. à §. 1. vlt.

que ad §.

Quintus ca-

fus, & in

tom. 1. tr. 4.

Ref. 10.

§. 1. Negantur respondere, quoad primum,

Doctores, qui assertur omnem Sacerdotem per se, & non ab Ecclesia habere iuris-

ditionem super hæc peccata. Negat etiam Bor-

don. tom. 1. var. refol. 37. quæst. 6. & 7. qui alio-

qui volebat, nec de iure diuino, neque Eccle-

sia, simplices Sacerdotes habere facultatem

ab iis peccatis absoluendi. Quia simpliciter non

possunt fideles obligari ad talia peccata con-

tenda.

2. Hanc etiam sententiam tenet Vasquez in 3.

part. tom. 4. disp. 9. art. 2. dub. 2. & Reginaldus

lib. 1. n. 126. & alij, assertentes, peccata venialia non

esse materialia apta reservationis, ac proinde non

posse referunt. Deinde Valquez putat Sacerdotem

quemlibet in ipsa ordinatione accipere potestatem,

vi cuius possit absque villa alia potestate illico ab-

solvere a venialibus, ut proinde ea non possint à

Superiore referuntur, cùm Ordinis potestas ab eo

non pendeat. Quinim addit, etiam si conceda-

tur præter potestatem Ordinis, necessariam etiam

esse potestatem iurisdictionis; adhuc tamen dicen-

dum esse, quod venialia non possint referuntur, quia

vt inquit ipse, non qualibet negotio iurisdictionis

dicenda est refutatio, sed ea tantam, per quam su-

perior sibi referuntur iudicium de aliquo peccato, ut

vi illius teneatur penitentis coram reseruantem com-

parere. Atqui Superior non potest ita referuntur

sibi iudicium de venialibus, ut pro eorum abolitu-

tione teneatur penitentis coram illo comparere,

cùm ad eorum confessionem non possit obligari;

ergo non potest illa referuntur.

3. Sed contraria sententiam, in rigore loquen-

do, tener Averla, & metiro, de Sacram. l'ent.

qual. 17. secl. 2. cui ego adhaereo, addo Card. de

Lugo de Panient. disp. 20. secl. 2. numer. 12. &

Coninck de Sacram. disp. 8. dub. 11. n. 80. Mazu-

chellum de cas. ref. disp. 1. quæst. 1. diff. 8. num. 20.

Hurtadum de Sacram. disp. 1. de l'ent. dif-

ficult. 4. non quasi possent cogi fideles ad ea con-

fenda, sed quia non possent de iis confiteri, & di-

rectè absoluiri nisi de licentia eiusdem Pontificis. Di-

co igitur posse à Summo Pontifice peccata venia-

lia referuntur, ita ut referuntur hæc non iam inducat

obligationem absolutam illa confundi, sed tan-

tum conditionatam, & suppositionis: quod nimi-

rum quoties illa voluerit confiteri, ea confiteatur.

Sacerdoti ad id approbato. Et ratio est, quia ad sa-

cramentalem absolutionem, etiam à venialibus, re-

quiritur iurisdictionis, quam esse delegatam, & ab Ec-

clesia concessam sustineo cum Suarez de panient.

disp. 2. secl. 5. num. 9. Coninck disp. 8. dub. 2. n. 16.

Ergo eam potest pro libito vel concedere, vel

negare, vel etiam limitare, prout voluerit; nul-

la enim afferri potest ratio, quare hoc non pos-

sit fieri cùm iurisdictionis huic collatio tota

penderat à voluntate concedentis. Sic potest Supe-

rior referuntur excommunicationem minorem, quæ